

Disptatio Philologica Ad Illvstrandvm Locvm Act. XVII, 26

Halae: Ex Officina Faberiana, [1754?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn873355687>

Druck Freier  Zugang



a. B.
48. ~~b. 11.~~

61.

281

Fa 1092 (61.)

1. Struense de transitu a morte spirituli ad vitam et.
2. Baumgarten vindiciae vocis Deos in oracul. paulini.
3. Steck. vindiciae libertatis ecclesiae germanicae.
4. Struense de perfectione renatorum.
5. Michaelis demonstracioni sentamen, quod Josephus Israelis filius fuerit.
6. Ioh. Recht Rabbi ringosson Gruegl-Wahrheit.
7. Hafe de Stilo prophetae et mofi.
8. Baumgarten Pax passim.
9. Stiberiz de nomine Messiae.
10. Baumgarten de limitibz lib. estati consoientiae etc.
11. Baumgarten de abusu locutionum anthropopathic.
12. Semler degeneratione monastica.
13. Zachariae illustratio loci act. XVII, 26.
14. Ellenbergi praelimina ria ad introductionem in novum. Tp.
15. Gambs de Zizanii.
16. Baumgart. de limitibz in concilianda rationi doctrina revelata.
17. Au mandatum ubi sint gedanten von Math. Vth. S. 1. G. P.
18. Hafe de muliere ambiente vitum. ad Ies. xxxi.
19. Idem. de false notae prophetis.
20. Knapp de persecutio credentium vng. ad. finem.
21. Hafe de manu super throno dei.
22. Semler de concilio Tridentino.
23. Michaelis de variis sancti spiritus appellacionibus.
24. Ofiandrus de angelis generect in specie.
25. Hofmann. de singulari hebraeorum cura.
26. Winckelmann de analogia rationis in scholis interior.
27. Ruprecht de societate litteraria rhenana.
28. Leyes academie Frid.
29. Schubett de iustitia dei.
30. Apollonius de morte effectus animi etc.
31. Lambert vita partium genitalium etc.
32. id. Cauffas incrementum corporis animalis etc.

33. Büchner de praecipi-
tatione chemica.
34. Nietzci de morbi salu-
tans notione.
35. Segneri specimen theo-
riae Turbinum.
36. Alberti de maiori fre-
quentia apoplexiae in
eruditis.
37. Juncker de utilitatib;
dolorum.
38. Müller de catilina
telluris nostrae ruina.
39. Eberhard de modu
cordis.
40. Juncker de usu corticis
41. Büchner de ventricali
sub coelo frigido.

DISPV TATIO PHILOLOGICA
AD
ILLVSTRANDVM
LOCVM ACT. XVII, 26.

QUAM CONSENTIENTE
AMPLISSIMO PHILOSOPHORVM ORDINE
PRAESIDE
M. GOTTHILF TRAVGOTT
ZACHARIAE
PHILOSOPHICAE FACVLTATIS ADIVNCTO
LONGE CELEBERRIMO
FAVTORE ATQVE PRAECEPTORE

MAXIMA QVA DECET OBSERVANTIA
SEMPER COLENDO

D. Ianvarii MDCCLIII.

PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTET

AVCTOR ET RESPONDENS

GODOFREDVS KRAVSE

SCHWARZBACO-HIRSCHBERGA-SILESIUS

S. S. THEOL. CVLTOR.

HALAE, Ex OFFICINA FABERIANA.

DISPUTATIO PHYSIOLOGICA
AD
HILAS TRAINDAM
LOCVM ACT. XVII. 26.
PRAESES
M. GOTTHILF TRAVAGOTT
SACHA RIAE
FATORE ATQUE PRAECEPTORE
D. IANUARI MDCCCLII
PALEO-ANATOMIA EXAMINIS AVAMITTE
YACOBUS ETIENNE
GODOTHEUS KRAUSE
SCHWABEAGO-HIRSCHBERG-SIEBELIA
HALVÆ Ex OPTICINA HABERIANA

VIRIS
EXCELLENTISSIMIS, AMPLISSIMIS
CONSULTISSIMIS,
EXPERIENTISSIMO
PRUDENTISSIMISQUE,
CONSULI DIRIGENTI,
PROCONSULI
ET
IVDICI PERPETVO,
SENIORI,
SYNDICO,
CETERISQUE ORDINIS SENATORII
IN INCLITA CIVITATE HIRSCHBERGENSI.
PROCERIBVS ET PATRIBVS CONSCRIPTIS,
GRAVISSIMIS
LONGEQVE MERITISSIMIS
SVIS
MAECENATIBVS AC PATRONIS
OMNI PIETATIS ET REVERENTIAE
CVLTV AETERNVM PROSEQVENDIS,

DISPUTATIONEM

HANC PHILOGICAM

IN

DEBITI HONORIS, GRATAEQUE MENTIS

INDICIVM

CVM OMNIGENAE PROSPERITATIS VOTO

EA, QVA PAR EST, ANIMI PIETATE

ET OBSERVANTIA.

D. D. D.

SINDICO.

CETTRISGAE ORDINIS SENATORII

IN PUGATA CAVITATI HIRSCHBERGENI.

PROCEBIBA ET PATRIAS CONSCRIBITIS

GRAVASSIMIS

FONCEGAE MERITISSIMIS

SATIS

MARCEGNAE AC PATORNS

Obseruantissimus et deditissimus

Cultor.

GODOFREDVS KRAVSE.

CATIA VETERINA LOSTGÄNDIG



Per multae rationes adsunt, cur in eligendo
dissertationis argumento hoc elegimus.
Namque hoc dictum & effatum *Pauli*
Act. XVII, 26. tractatione dignum esse
putauimus, 1.) quia ex difficiliori &
sublimiori *Pauli* sermone desumptum est: 2.) quia ad ori-
ginem humanam rite perspiciendam & ordinem in na-
tura a Deo constitutum, manuducit; qualis institutio
necessaria praeprimis erat inter infideles *Pauli* audito-
res, qui verum Deum non noscebant. 3.) Tandem
haec

A 3

27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

haec verba consideratione attenta digna iudicauimus, quoniam locutiones quaedam earumque sensus aliquantum obscuriores videntur: hae sunt rationes, ob quas putauimus, operaे pretium fore, si singula huius dicti verba exponeremus, ac eorum proprium significatum ostenderemus.

§. II.

Ad occasionem, qua *Paulus* hoc effatum protulit, quod attinet, desumtum illud est ex eo sermone ad *Athenienses* de Deo ignoto v. 22-31. quem in *Areopago* habebat, in quo sermone praecclare illis ostendit, quo modo se Deus hominibus reuelauisset, eosque reprehendit, quod suam in eo non collocassent spem, sed magis in Diis fictitiis. Hoc erat *Paulo* noua occasio, peruenienti ad originem hominum eorumque a vero Deo dependentiam ostendendam, quippe qui tempora omnibus hominibus praedefiniuisset et terminos quoque eorum habitationis determinauisset. Auditores, quos hic habebat Apostolus, non ex plebe solum homines erant, quales adfuisse ex antecedentibus fatis appareret v. 17-19. (Differuerat enim in foro ad eos, qui conuenerant, quorum plerique ex plebe esse solebant;) verum etiam probabiliter maioris auctoritatis homines, qui ob frequenter populi concursum aduenerant, ut viderent, quid noui fiat v. 21. Ex hoc hominum coetu permulti quam maxime erant *Paulo* aduersarii, cum de Christo crucifixo et resurrectione e mortuis praedicaret: his auditis studio quasi incendebantur accuratius percipiendi, in quo considereret haec noua doctrina, quam annunciauerat. Haec cupiditas apud multos maxime ex eo proueniebat, quod au-

audire cuperent, quid noui fieret & diceretur a *Paulo*; verum iis doctrinis, de quibus postea est locutus, nobilebant assentiri. Post sermonem enim finitum quidam doctrinam eius irriferunt v. 32, quippe quae vel captum eorum transcendebat, vel cum opinionibus ex Philosophia praecognitis confistere non poterat.

§. III.

Sermo autem, quem habebat *Paulus*, non erat defensorius coram iudicibus, licet locus alias esset, obsumnum iudicium *Atheniensium* haberi solebat. Nam non iudicium proprie, sed locus *Areopagus* vocari solebat, quod ex *Pausania in Atticis* c. 28 constat: ἐσὶ δὲ Αγειος πάγος, καλούμενος, ὅτι περώτος Αγεῖς ἐνταῦθα ενείθη: *hac* urbis pars *Areopagus* dicitur, quia primus Mars ibi capitum causam dixerit. Licet autem hic esset locus iudicii, non tamen sequitur, quod ad iudicium illi conuenissent, quod neque locutiones ἐπιλαβόμενοι ἦγαν v. 19. atque σαθεῖς v. 22. probant. Utraque enim de alia abductione & constitutione adhiberi solet. Quod ad ἐπιλαμβάνειν attinet, generatim significat *sumere, apprehendere*; speciatim vero *manu prehendere*, quod patet ex *Mattb.* 14. 31. *Marc.* 8, 23 *Luc.* 9, 47. c. 14, 4. *Act.* 23, 19. cum quibus conferri potest *Ebr.* 8, 9. Verbum ἄγειν abductionem quamlibet innuit a loco quo-libet ad alium, quod ex *Luc.* 4, 40 c. 19, 35. clare per-spici potest. Hic ex comparatione notionis horum verborum cum toto sermone elucescit, quod *Paulum* non ideo apprehenserint, vt ad iudicium ducerent, sed magis apparet, hanc fuisse rationem, vt scirent, qualis sit noua illa doctrina, quam ipse doceret. Σταθῆναι significat *stare*, & est vox generalior de quolibet publice loquen-te

27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75

te visitata, quo & pertinet sermo coram iudicibus & sermo coram alio populo. Conferri possunt *Act. 2, 14. c. 27, 21.* Neque irae tribuitur haec abductio, sed curiositati & cupiditati noua semper audiendi & videndi v. 21. *Athenienses* maximam adhibebant curam, ut etiam in rebus religiosis variisque de religione sententiis instruerentur: quod gens ista prae aliis hac in re praevaluerit, testatur *Pausan.* in *attic. L. I. c. 17.* εἰς Θεοὺς ἐντεβεῖν ἄλλων πλέον, ἄλλοις ἐς τὰ θεάτρα ἐσὶ σπουδῶν. Accidit, quod in sermone *Pauli* nullum vestigium inueniatur, quod coram iudicibus tanquam maleficus stetisset, quoniam non iudices sed viros *Athenienses* compellat, nec crimina amolitur, sed docet auditores. Vnde nec opus est eundem locum fuisse credere, vbi iudices sedebant, sed circa illum locum, cum satis amplius fuerit campus Martius.

SCHOLION. In significatione vocis, *Areopagi* dissentient eruditi. Alii enim ab αἜρι significante caedem deducunt, consequenter *Areopagus* locum innuit, vbi de caede iudicium ageretur, qui sunt *Stephanus* & *Suidas.* *Clericus* putat esse nomen haebraicum מְרַגְּגָן mons invasionis vel nocendi vel deprecandi causa. Rationes eius inueniuntur in *notis in paraphrasin Hammondi super N. T. adh. l. p. 348.* & in *Augustino de ciuit. L. 18, c. 10.* Sed quid opus est longius his longius repetitis derivationibus, cum satis dilucida sit *Pausaniae* deriuatio, quod *Areopagus* nihil aliud significet nisi collum *Martium* s. *Martis* graece ΑἜρι vocati, siue ratio a *Pausania* adducta verasit, siue minus.

§. IV.

Postquam ostendimur *Paulum* non coram iudicibus stetisse; progrediemur nunc ad scopum istius sermonis inqui-

inquirendum. Auditores hic & indoctos & doctos habebat *Paulus*, nempe Philosophos Graecos qui seipsi opponebant, prout sententiae eorum id ferebant, hinc 1.) omnino erat *Pauli*, dicta sua ipsis prolixo explicare & probare, ne videatur aliquod minus probandum dixisse. Cum ipso disputauerant imprimis *Epicurei* & *Stoici* in foro, quod dubio procul *Ceramicum* erat, vbi frequen-
tissimus esse solebat hominum concursus, atque cui porticus, Stoicorum auditorium, propinqua erat, unde non improbabile est, ipsos Philosophos *Paulum* ad Areopagum secutos esse. 2.) Deinde hic sermonem facit, vt curiositati *Atheniensium* satisfaceret, qua flagabant, noua & peregrina audire v. 20. quae autem peregrina ipsis videbantur, erat doctrina de vero Deo, de Christo ac resurrectione, quae illis huc usque ignota fuerat. Licet enim praeconi doctrinae sacrae & tali curiositati hominum vti ad propagandam Euangeli doctrinam, quippe quae saepe huic admodum vtilis fuit. Cum autem ob hanc doctrinam ab aliis censeretur quasi peregrinorum Deorum s. Daemonum annunciator, erat necessarium, 3.) vt imprimis demonstraret, se nec alienos Deos s. Daemones annunciare, quod insigne delictum erat inter *Athenienses*, quod multis Philosophis persecutio-
nes grauissimas attulit, nec plures Deos colere.

§. V.

Iam aliquid de nexu monebimus huius effati cum reliquo sermone. Duplicem vero habet partem hic sermo α) continet descriptionem veri & summi Dei, quem *Paulus* praedicabat v. 22-28. β) exinde deductam exhortationem ad legitime colendum eundem Deum cum conso-

B

latio-

51

27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25

latione de remissione praegressi contemtus eiusdem v. 29-31. Prior pars iterum complectitur **א**) indicationem argumenti in genere, quae fit comparatione veri huius Dei cum Deo ignoto *Atbeniensium* ob captandam eorumdem benevolentiam, dum se non nouos praedicare Deos audirent v. 22-23. **ב**) complectitur etiam descriptionem huius Dei ex operibus eius, vt eo melius eiusdem praefstantiam prae fictitiis perspicerent v. 24-28. vbi mentionem iniicit **א**) creationis omnium rerum v. 24-27. quae ab illo ad existentiam sunt perductae: **ב**) conseruacionis quoque atque prouidentiae v. 28. Creationem describit **א**) quoad vniuersum sive omnes res creatas v. 24. 25. ex qua omnium rerum ab ipso dependentiam, ejusque ab omni re existente independentiam probat **ב**) quoad homines imprimis v. 26. 27. qui non minus existentiam ipsi debent, vbi iterum **ב**) ipsam eorumdem creationem describit v. 26. **כ**) simul visum, qui hac ex cognitione in homines redundare potest, praeclare v. 27. indicat.

§. VI.

Exinde iure concludimus **א**) argumentum dicti nostri consistere in descriptione creationis hominum eorumdemque a Deo dependentiae, cuius scopus ille est, vt media ipsis monstraret, quibus ad veri Dei cognitionem peruenire hominibus, antequam reuelationem propriorem habeant, vel vti ea possint, liceat. Verus Deus iam ex intuitione coeli & omnium reliquarum rerum creatarum cognosci potest, quia inde appetat, mundum adspectabilem non a se ipso nec ab alio ente contingentia existentiam habere; consequenter concludi potest deber re

re illum hanc enti independenti 2) colligimus, opposita esse effata huius loci falsae gentilium opinioni de hominum origine & Philosophorum Graecorum variis Physiologicis Systematibus, qui sibi meti ipsi ex principiis suis originem quandam generis humani finge bant. Vnde necepsa erat, vt *Paulus* illis ostenderet, a quo originem suam vere haberent, & quis eorum tempus & vitae terminum definiuisset. 3) particulam τε quae respondet latinorum *que* argumenti continuationem indicare, & cum v. 24. de genere locutus fuerit, nempe omnium rerum creatione, iam vero v. 26. de singulari specie sermonem incipiat, de hominibus nimis per *imprimis* quoque explicari potest.

§. VII.

Ad rem ipsam nunc progredimur & consideramus ipsius dicti contenta. Continet autem vnicam propositionem, quae tamen ex partibus pluribus constat. Considerandum est a) assertum *Pauli* de hominum creatione ipsum ἐποίησε --- αὐθεωπων. Hisce in verbis imprimis disquirendum est obiectum huius assertionis, quod est πᾶν ἥθυος αὐθεωπων. Εθυος indicat in genere *multitudinem* aliquam s. *turbam* eadem ratione qua gens & natio, quod patet ex locutionibus scriptorum Graecorum, qui de hominum certa specie adhibent, vt *ιερέων* ἥθυος, sacerdotum gens, ἐτδικων ἥθυος, amicorum gens apud *Homer*: *Iliad.* ε. nec non de rebus inanimatis, vt ἥθυος ὄντων, somniorum turba apud *Moschum* *Idyll.* 2; specialior deinde significatus est complexus hominum ab uno parente ortorum vel in una regione degentium, qui moribus & lingua

B 2

con-

27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75

DISPV TATIO PHILOG. AD ILLUSTRANDVM

conueniunt, hinc in sacris litteris vel indefinite de gente
quacunque, vt *Mattb.* 24, 7. c. 25, 32. vel definite de certa
natione seu gente assumitur, de quo conferri possunt
Luc. 7, 5. *Ioh.* II, 48. 50.-52. Hic laxior significatus obti-
net, vt multitudinem s. turbam hominum indicet, licet
& certo respectu totum genus humanum vna natio &
gens vocari possint, quatenus ab uno parente originem
trahunt. Vocantur autem ita ob insignem multitudinem
hominum, qui ab *Adamo* originem trahunt.

§. VIII.

Quod totum genus humanum hic comprehendatur,
signum vniuersalitatis πᾶς sufficienter indicat; consequen-
ter omnes homines qui ante *Paulum* vixerunt, & cum
illo coaetanei erant, ac post illum vitam sunt habituri.
Ergo omnia indiuidua diuersarum specierum & omnes
nationes, nulla exclusa, comprehendit. Quod eius-
modi extensionem haec vox habeat, ex constructione,
quia absolute sine vlla negatione ac restrictione ponitur,
& ex *1 Tim.* 2, 4. intelligi potest. Adhiberi hoc potest
aliqua ratione contra eos, qui statuunt, ante Adamum
fuisse homines, quibus *Isaacus Peirerius* praeiuit,
cum non alii ante Adamum existere potuerint, si omnes
homines ab uno sanguine, scilicet *Adami*, sunt, de quo
dictum nostrum aperte agit; si hoc conceditur, necessa-
rium est, ante Adamum non homines fuisse. Si ante
Adamum existissent homines, non opus fuisse, Adamum
miraculoſo modo ex terra formare ac producere.
Nostram sententiam tota Mosis historia de creatione
omnium rerum confirmat, nam *Genes.* 2, 5. dicitur: ho-
mo non erat, qui operaretur terram, ergo non alii ho-
mi-

mines antea aderant; *Paulus Adamum I. Cor. 15, 45. 47.* primum hominem diserte appellat & quae sunt reliqua scripturae sacrae testimonia; consequenter *Petrerius* sententiam suam contra claram sacrarum litterarum assertiōnem assumit & introducere cupiuit. Porro hoc adhiberi potest contra eos, qui huius mundi & simul huius terrae aeternitatem statuunt, qua infinitam hominum seriem statuere coguntur. Huius sententiae incertitudo ex antecedentibus quoque facile patebit; v. 24. in capite nostro dicitur: Deum mundum creauisse, ergo ab aeterno esse nequit, sed initium cepit, & homines ab uno Adamo originem suam, qui a Deo post reliquas res creatas productus est, trahunt: vnde sequitur, homines ab aeterno non fuisse sed in tempore esse productos & initium habere.

§. IX.

Cum dicti huius obiectum explicauerimus; nunc progrediemur ad assertionem de isto. Afferit autem *Paulus* de his hominibus: ἐπόνος εἰς ἔνος ἀνατος. Verbum ἐπόνος est a πονεῖν, cuius generalior significatus est facere, quocunque modo id fiat, & confidere: specialior est, non existens ad existentiam perducere, cuius vel materia iam antea exstitit, vt τὰ αὐτάλματα πονεῖν simulacra facere apud *Theophrastum*: οὐδὲ πονεῖ ἀρρέν ουντ parit marem; vel nondum materia exstitit, id est creare ex nihilo, quem significatum apud Profanos deprehendere non licuit, quia creationem ex nihilo ignorarunt. In N. T. obtinet nostro capite v. 24. coll. *Matth. 19, 4.* vt & res creatae πονητα vocantur *Rom. 1, 20.* sicuti etiam *Thales* apud *Diogenem Laeritium L. 1. §. 35.* mundum vocat πονητα Σεου,

B 3

quod

27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75

quod ex eius sententia ex materia ab aeterno praeexistente factum erat. Hic vterque postremus significatus obtinere potest, respectu illius, a quo omnes homines descendunt, posterior, qui mediate saltim ex nihilo erat productus, quoniam ab aliis hominibus originem suam non acceperat, licet ex terra tanquam materia quadam sit creatus: respectu vero hominum ab eo ortorum prior significatus locum habere potest.

§. X.

Reliquum adhuc est epitheton assertionis, quod igitur nunc aggrediendum erit, quod sequentia verba includunt: *ἐξ ἐνός αἵματος*. *Αἷμα* in generaliori significatu *sanguinem*, *cruorem* indicat, *liquorem illum hominis vitalem*. Hoc loco a plerisque putatur idem significare ac *σπερμα*, quo sensu etiam *Job. I, 13.* occurere debet; hinc quoque ea locutio deriuatur, qua pro genere etiam adhibetur, vel dum filius ex sanguine esse dicitur patris, vt ex alterius sanguine procreari idem sit ac ex eius semine generari, vel ex uno sanguine cum alio esse, ex eodem semine atque ab eodem parente genitum esse. Sic apud *Homericum Iliad. τ. v. 105.* τῶν αὐδόνων γενενσ, ὁδὸς αἵματος εξ εμεν εισι. *Eorum hominum ex genere*, qui sanguine ex meo sunt, vbi parua Scholia, quae *Didymo* tribuuntur, id ita explicant: *αἵματος ἀρτι τὸ σπερματος, γενους*. Quo & referri potest *Odyss. π. v. 300.* Εἰ ἔτεον γένος εσσι καὶ αἵματος ἡμετέροιο; si vere meus es, Εἰ sanguinis nobri. *Pindarus* itidem *Nemea* *ia. v. 43.*

— το τέ Πεισανδρου παλαι
Αἷμα απο Σπαρτας.

Sanguis eius Εἰ genus antiquum erat a Pisandro spartano. Nec minus

minus *Hesychius* eadem ratione explicat vocem hanc: *λίαν, γενός, σπερμα ταυτας τοι γενεντης ηγη αίματος εὐχοραστίας είναις* Qui usus neque in aliis linguis ignotus est, ut *Troiano a sanguine* duci apud *Virgilium*, & in vernacula *das Gebürt*. Siue igitur sanguis siue semen vertatur, eadem ratione intelligi potest, cum eadem locutio in plerisque linguis obtineat, ut ex sanguine alicuius esse, nihil aliud indicet, quam ex eius progenie ortum trahere. Quae enim Cel. *Georgius* monet in notis ad editionem suam N. T. 1736. si per semen vertatur, *Euan* exclusum iri ex iis hominibus, nihil faciunt, cum tantum de posteris *Adami* loquatur *Apostolus*, ad quos non potest referri *Eua*. Dum ex genere hominum excludi diceretur *Eua* eo, quod non ex semine *Adami* orta esset, ipse quoque *Adamus* ex illo excluderetur; nam nec *Adamus* nec *Eua* ex semine alterius sint concepti, sed prior ex terra productus, posterior ex eiusdem costa creata, consequenter haec locutio id indicat, quod omnes homines ex *Adamo* prognati sint, non exclusa *Eua*, quae etiam omnium hominum mater vocatur *Genes. 3, 20.*

§. XI.

Quaedam nunc monenda de epitheto *ivō*, quod vel cum sanguine in eodem casu iungi potest, ut sit ex sanguine *vno*, vbi tunc idem est ac ex eodem; vel ad hominem pertinere potest, ut sit ex sanguine *vnius scilicet hominis*, quae tamen in explicatione secum plane conueniunt, & dum de *Adamo* explicamus, simili ratione ut in epist. ad *Ehr. 2, 11.* suppleri quoque potest *πατερός*. Per *vnum* igitur ex sententia interpretum ad *vnum omnium Adamum* primum hominem intelligunt, de quo solo tantum

27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75

tum afferi potest. Vnde innuit *Paulus* 1.) initio nondum plures quam vnicum hominem cum vxore sua exstitisse. Si plures adfuissent, non dici posset, quod in vniuersum omnes ab vno originem suam deducerent, 2.) omnes homines huic vnico originem suam debere, licet non immediate, mediate tamen: vnde etiam hebraica locutio filiorum hominis orta est, qua ad primum omnium parentem respicitur, cum, si ad proximos parentes trahi deberet, pluralis numerus potius adhibendus fuisset. 3.) Cum omnes homines ab hoc vno oriuntur, omnes eos inter se inuicem esse cognatos, quoniam ab vno sanguine sunt. Hanc rem quoque *Lactantius* in diu. instit: L. 6. c. 10. confirmat: *nam si ab uno homine, quem Deus fixit, omnes orimur, certe consanguinei sumus, ideo etiam alios eo amore, quo nosmetipos amamus, complectamur.* 4.) Imprimis & primario vnico Deo originem suam debere omnes homines, cum ille omnium patrem communem creauebit, quippe qui oriri non poterat nisi omnipotentia, voluntate iussuque summi Dei, cui et omnium hominum origo tribuenda, non ob hanc radicis solius creationem: verum & quod omnia ita constituit, ut propagatio generis humani commode riteque fieri possit, & conseruatione virium semper eius auctor maneat.

§. XII.

Opposuisse haec *Paulum* Philosophis gentilium atque eorum sententiis de generis humani prima origine, plures arbitrati sunt, vt *Corn. Adami in Observat. Theologico-Philolog.* p. 303 seqq. imprimis 1.) iis, qui non summo Deo, sed inferioribus tribuere voluerunt creationem hominis, quod

quod *Arnobius* L. II. adu. gentes de Platone afferit. *Quid enim putamus habuisse rationis Platonem illum magnum, pie sancteque sapientem, cum hominis fictionem Deo remouit a maximo, & ad minores nescio quos translulit.* Nitebatur haec eorum sententia conceptu quodam de Deo formato ex similitudine cum hominibus, quo Dei beatitudinem sumamque tranquillitatem tolli sibi persuadebant, dum non majores solum, verum & minores res terrestres curare deberet, vnde id potius ministris suis, diis inferioribus, commisisse eum concluserunt. 2.) Alii arbitrantur, opponere haec *Paulum* praesertim *Epicuraeis & Stoicis*, cum quibus ipsi antea res fuerat. Epicuraei ortum omnium hominum ex concursu atomorum, ex propria earundem vi motrice oriente, qua similia similibus cohaerent, deriuarunt, atque Deum ex mundi fabricatione plane Epicurus omisit, vnde ipsi omnem quoque prouidentiam denegauit, quippe cum beatitudini eius rerum terrestrium cura multum decederet, licet, quod ipsi male imputatur, Deum existere non negauerit. *Stoici* licet animam tanquam igniculum ex igne diuino de promtum describerent, materiam tamen aeternam crediderunt, quam Deus tantum modo formauerit, humana mentem imprimendo, qualia plura afferit de *Stoicis* *Censorinus de die natali* c. i. Nec minus in eo, quod ex uno sanguine omnes homines orti sint, aperte contradicere videntur ut *Antoninus* L. II. §. i. edit. opp. *Gatakeri* T. II. p. 35. οὐ μοι συγγένης, οὐχι αἱρατός οὐ σπερματός του ἀντου, ἀλλα νου καὶ θειας αποροις μετοχος. quod congener mibi sit, non tam quod sanguinis seminisque eiusdem quam quod mentis & portionis diuinae mecum particeps. Idem fere repetit L. XII. §. 26. p. 358. vbi vero tantummodo negare potest,

C

prae-

praecipuam rationem cognationis non in origine hac ab vno parente, sed in origine animae ab vno Deo quaerendam esse, vel saltim cognationem non consueto significatu propioris nexus quoad cognationem sumendam esse, sed spirituali sensu. Vel, vt *Gatakerus* vult in notis ad hunc locum, *μονον* supplendum, licet non mirari quoque debeamus, dum in imperatoris *Ethnicis* scripto talia deprehendimus. Plura enim scripserunt dixeruntque Gentilium Philosophi, quae nos Christianos summum, quod hominibus concessum est, lumen, reuelationem puta diuinitus factam, falsa esse luculentissime docet. Si vera viderunt *Ethnici*, id dono insigni diuino, rationi sanae, tribuendum, si falsa crediderunt, id rationis insufficientiae & malo usui facultatis huius animae adscriendum.

§. XIII.

Nec minus *Atheniensium* absurdae sententiae, esse *σε αυτοχθονας ex propria terra prognatos*, Paulum haec opposuisse, alii arbitrii sunt, quod vberius explicat *Corn. Adami* l. c. Praedicat hoc imprimis *Iosocrates* *Panegyr.* p. m. 65. ipsis eo maiorem honorem esse habendum, cum non alios ex terra sua depulerint, nec vastam ac vacuam acceperint eam, nec ex multis gentibus permixti, sed adeo honeste ac liberaliter nati sint, vt eam, quae eos produxit, terram perpetuo tenuerint, adeoque de principatu aliis cum ipsis contendendum non esse, cum dubio procul antiquissimi sint. Sed vix putandum, putasse eos, plantarum instar ex terra se procreuisse, siue in arboribus pomorum instar prouenisse, sed potius *ex sententia*, quam quisque de origine hominum habebat,

bebat, explicanda haec est *autox̄govia*. Hac ratione tan-
tum primi homines in terra Graecorum ex sententia eo-
rum orti fuerunt, licet & rudis plebs satis crassos dubio
procul de ea habuerit conceptus, cum qua tamen idem
sensisse eruditos, nec huius sententiae absurditas, nec
ea, quae de *Atheniensium* Philosophorum systematibus
scimus, credere nobis permittunt. Homines emunctio-
rum narium quoque inter *Graecos* gentium migrationes
& transitus coloniarum in Graeciam non ignorarunt,
quod praecipue ex historicis eorundem patet. Cum
Paulus omnibus falsis de hominum origine sententiis sua
asserta opposuerit, simul etiam his obicem posuit, licet
& id facile credamus, de hac singulari sententia ipsum
vix separatim eo tempore cogitasse. Quae denique di-
cuntur de oppositione huius originis omnium hominum
ex unius hominis sanguine erga originem, quam gloriati-
sunt, ex sanguine diuino, ut *Valerius Flaccus Argon.*
L. V. v. 126. canit

— — — Est vera propago

sanguinis, est ollis genitor Deus,
ea huc vix referri merentur, cum diuinam hominum origi-
nem hic inculcare voluerit *Paulus*, ac de confutatione eius-
dem verosimiliter non cogitauerit. *Origo generis humana*
Deo sano sensu afferitur, licet incommodam hanc ex-
pressionem ex fictio conceptu ethnicorum de Deo de-
promtam, ex sanguine diuino oriri, non admittamus.
Ipse enim *Paulus* in eodem sermone approbat rite expli-
catum dictum Arati: *τον γαρ ιηγ γενθος εσμεν. v. 28.* atque
exinde legitimas adhortationes deducit.

§. XIV.

Ad *Σενεκόντρα* igitur, quae *Atheniensibus* noua & inaudita erant v. 20, haec pertinent, cum ex dictis satis constet, veram ipsis, quomodo cunque quoque sententiae eorumdem explicentur, hominum originem ignotam fuisse. Nec mirum id est, cum *ipse* demum s. reuelatione diuina plene ac perfecte intelligatur ortus omnium, quae existunt, ex nihilo & verbo diuino Ebr. II. 3. Quae vero afferuntur sententiae veterum eodem redeentes, nullum momentum habent, vt *Iuliani* in fragm. p. 291. qui tanquam Deorum oraculum traditum ab antiquis sacerdotibus & mystis adducit, excidisse guttas sacri sanguinis, cum omnium ordinem instituerit *Jupiter*, ex quibus humanum genus ortum fuerit, atque deinde concludit ex iis, omnes homines cognatos esse, siquidem *εἰς ἐν τῷ νεῳ μιας, εν δυοις ἀνθρώπων, οἱ πολλοὶ καὶ πολλαὶ* profluxerint. Ille vero statim post verosimilius putat, plures initio statim homines fuisse, vnde hic consensus cum *Paulo* non tantus, quin imo nullus est, licet in testimonium afferat eum *Wolfius* in *curis philolog. & critic.* ad h. I. Vocarunt etiam homines consanguineos, sed ob conuenientiam naturae, vt *Cicero de legibus* L. I. Non tamen negare his volumus, plura in fabulis de origine humana a gentibus effictis remansisse ex narrationibus *Mosaicis*, quae successu temporis adeo mutata ac corrupta sunt, vt nihil similitudinis cum primitiua narratione retinuerint.

§. XV.

Postquam huius effati ipsum argumentum considerauerimus; nostrum quoque erit, vt consequens huius crea-

creationis, cuius auctor sermonis huius meminit, vberius explicemus. Continetur his verbis: *nātōmēv* -- -- *āv̄āv̄*. Consequens ipsum quod hic allegatur, continet sequentia: *nātōmēv* -- *γ̄ns*. Ut autem propositi nostri rationem habeamus singulorum verborum significatum perquiramus. Verbum *nātōmēv* indicat *habitare*, *locum occupare*, ac hic scriptor sacer hac voce innuere voluit 1.) hominum causa terram creatam esse, vt vtilitatem exinde caperent. Hominibus enim Deus terram ad diuturnam mansionem & commorationem dedit, vt in ea quasi domi essent. Quo Deus simul honori gloriaeque suae optime prospexit, quae eo magis promouet, quo plures res creatae eius opera admirari possunt. Vnde & mundum ita instruxit, vt hominibus pluribus in suo ordine terae prouentus vsum esse possent, quibus & initio dominium in omnes res creatas concederat. Genes. 1, 26. 2.) Eam ob causam eorum quemlibet ex certa quadam terra vsum habere debere. Si enim terra nos legitima ratione vtimur, per hunc vsum Deus magis magisque magnificatur, siquidem simul vnius cuiusque rei pretium vere cognoscimus, & ideo propter magnum eius pretium in eum respicere adducimur qui eam rem produxit. 3.) Hinc patet, quod non de sola habitatione, sed, quod maius est, & de fructu capiendo ex illa & dominio in terram, hic sit sermo. Si homines hunc mundum adspectabilem tantum habitarent; fuissest contra Dei finem in creatione, siquidem omnium rerum creatarum felicitatem voluerit; ne autem haec impediatur, homini in terram dominium simul ac eorum, quae producit, vsum concessit. Infinitius hic more *Graecorum* ita adhibitus est, vt eadem ratione sit intelligendus, ac si dictum esset *εἰς τὸ nātōmēv*

νατομένιν αὐτοὺς, vt finem & creationis mundi & beneficia, ob quae accipienda Deus homines creauit, indicet.

§. XVI.

Locus, quo homines habitare debent verbis indicatur: *ἐπι πάν προσωπον της γῆς*. Terra mundi partem, quam nos inhabitamus, significat, quae pars est *τον κοσμον* v. 24. vbi de toto operum a Deo factorum ambitu sermo est, & in eodem, vt & in nostro commate contradistinguitur terra mundo, vnde terra tantum de globo terrestri hic assumi potest. Huc accedit, quod de iis tantum loquatur auctor sermonis, qui ab unico *Adamo* effent prognati, & non de omnibus rebus a Deo productis. Male igitur a quibusdam putatur, opponere haec voluisse *Paulum Epicuraeis* plura corpora totalia inhabitata a rebus creatis ratione præditis credentibus. Ipsi enim cum incolis terrae, nec planetarum aliorum res erat. *προσωπον* hic respondet hebraeae voci *פָנִים facies*, quae quoque significat superficiem s. superiorem alicuius rei extensionem, vnde & graeca vox nihil aliud significat quam externam terrae partem superficiemque. Hebraeis quoque eadem locutio *עַל פָנֵי הָאָרֶץ* admodum frequens est, adeoque inter N. T. hebraismos referenda erit. Vnde vtitur hac locutione *Paulus*, quia superficies tantum habitationi hominum erat aptata, atque dum addit *πᾶν*, innuit nullam esse superficiei terrae partem, quae non hominum usui inferire debeat, ac licet tanta sit hominum ab *Adamo* prognatorum multitudo, vt numerus eorum computari vix possit, locum tamen habitationis ipsis non defuturum esse.

§. XVII.

§. XVII.

Dictis his addit denique Apostolus mentionem medii, quo adquiri voluerit Deus hunc usum in verbis: *έπιταξ - ἀντών*. Vbi imprimis obiectum assertionis considerandum venit, quod indicatur verbis: *προτεταγμένους - ἀντών*. Quod ad primam expressionem attinet, *καιρός*, significat in genere quaelibet tempora siue rerum successiones ut dies, menses, anni sub iis comprehendantur: in specie autem tempora opportuna, ut apud *Hesiodum* Op: & Dier: v. 694 *καιρός δέπι πασιν αριστος, tempus in omnibus optimum*. De sensu huius vocis differunt interpretes, quidam de fixis anni mutationibus, nec non de diebus aliisque successionibus intelligunt quod fit a *Corn Adami* l. c. p. 307. sed tempora hic putari constat, quae proxime ad hominem spectant, & imprimis quemlibet eorum in specie, quaeque ipsi praefixa sunt, quod de his successionibus dici nequit, quae existerent, dum plures singulares homines non existerent, quinimo dum res ratione praeditae non essent. Recte quidem horum constitutio & ordinatio aequa ad Deum referunt, ac reliquorum, a quo omnes eiusmodi mutationes terrae nostrae proficuae recte deriuantur, sed hoc loco subsequentibus & discriminis vtriusque locutionis recte stabiliendo non optime conuenit, vt ex infra dicendis magis patebit. Vnde nec *Pythagoraeis* opponere id voluit *Paulus*, qui soli tribuebant has mutationes, iuxta *Iamblichum Protr.* p. 96. vt putat *Adami* l. c. cum & ii, qui Deo easdem ascribunt, non minus soli tribuere possint; nec *Epicuraeis*, qui temporum mutationes & annorum vicissitudines negauisse dicuntur, quippe quod res erat a *Pauli* fine remo-

remotissima. *Paulus* enim, postquam de creatione universi locutus erat, praeprimis hominis creationem describit, atque simul demonstraturus, omnium hominem esse praestantissimum, addit, propter hominem omnia esse creata, & simul ostendit, quomodo Deus singulae speciei creatarum rerum locum & tempus determinasset, & quam diu in terra commorari deberent, vt rite fruantur fructibus eius. Vnde plane abhorret a fine eius determinatio causae vicissitudinum anni atque confutatio opinionum philosophorum diuersarum de illa.

§. XVIII.

Alii igitur rectius vitae tempus hominum intelligunt, vt ita indeterminate sententiam suam exprimit *Wolfs* in *curis philolog.* ad h. l. quo igitur vel solus vitae terminus hominum indicari potest, vel melius latius & tempus, quo quisque in lucem edi atque in ordine rerum successuarum consequi deberet, & tempus, quoad viuere deberet ille s. terminus vitae, cum hic eadem ratione de ordine cuiuslibet in serie rerum successuarum sermo sit, sicut in sequenti de ordine in serie simultanearum rerum loquitur. Ex quo satis dilucide apparet, cum successio & simultaneus ordo sibi inuicem optime subiificantur, nexu vocum melius consuli, dum ad tempora, ad homines proprie spectantia, quam si ad illa, quae mundum spectant, referuntur.

§. XVIII.

Dum verba porro inspicimus, adhuc obseruamus epitheton primae voci additum, προτεταγμένοι. Deriuntur

tur id a προτασσειν, quod significat *ordinare, collocare, ordinem decernere*. Non vero proprie ad ipsam constitutionem spectat, qua reuera quilibet eo tempore eoque loco producitur, sed potius ad decretum et consilium captum, quodnam sit tempus cuilibet conuenientissimum, atque vniuerso nexui omnium rerum aptissimum, licet et aliquo modo simul ipsa constitutio comprehendendi eo potest, praesertim cum sapientissima consilia diuina executione non careant. Ad Dei igitur aeternum consilium respicit *Paulus* et determinationem, quo modo omnia sequi deberent. Vnde προ non ad tempus tantum cuiuslibet hominis generationem immediate praecedens sed et ad antecedens creationis omnium s. ad aeternitatem pertinet, cum decreta diuina ab aeterno facta sint. Omnia enim Deus contingentia et eorum successiones, antequam sunt producta, distinctissime perspexit, et ei omnes singulorum mutationes sunt tanquam praefentes. Hinc simul id innuit *Paulus*, Deum tempora haec non arbitrarie instituisse sed singula quasi diiudicasse et eorum ac vniuersi utilitati res accommodasse, ut suo ordine succedant et pereant, quo ipso omnis fatalis eius necessitas tollitur.

§. XX.

Restat adhuc secunda locutio νη τας ὁροθειας κατονιας αυτων, cuius verba sigillatim iterum perpendenda. Primum est κατονια hominum, quod hic iterum indicat locum vel regionem vel in solam habitationem vel in possessionem cui libet a Deo concessam. Hoc enim etymologia & versus eius indicat, cum semper de loci cuiusdam inhabitatione adhibetur, licet alii minus recte id cum *Hebreo* בָּשָׂר comp-

D

pa-

parare voluerint, vt iterum *durationem* sive tempus indicet, quod vult *Lud.* *de Dieu in notis* ad h. 1. Eadem ratione, qua Deus hominum tempora ordinavit, quibus quilibet in lucem edi debebat, locum quoque determinavit, in quo terrae incola esset; hanc igitur vocem in primo suo significatu retinere poterimus. Secunda vox ὁρθοίς ab ὅρος terminus, limes et θέσις f. τιθηναι pono deriuatur, vnde et designationem terminorum et ipsos terminos f. limites constitutos significat. Hic vltimam habet significacionem, et termini habitationum sunt et ipsa regio, in qua quisque habitare vel nasci deberet et terra quam ipse possidere ac quoad pertingere posset, vnde et cuilibet genti praefixi termini eo comprehenduntur. In superioribus Apostolus generatim dixerat, quod homines super terrae superficie habitare deberent; nunc magis determinat, nempe quod cuilibet genti, cuilibet homini certum locum Deus determinasset, quem deberet inhabitare, atque in eo aliis succedere. Male *Lud. de Dieu* terminos durationis f. vitae terminum intelligit, ac verbo decidi putat vexatissimam controuersiam de termino vitae, fixusne sit an mobilis: Sed huius iam in praecedenti voce mentio facta est, ac satis constat, hic primum de successuorum et tunc de simultaneorum ordine sermonem esse. Nostrae sententiae plerique interpres assentiuunt. Vide *Adamum* 1. c. p. 308. 309. *Wolfium* 1. c.

§. XXI.

Praedicat tandem Paulus aliquid de terminorum hac designatione, quod praedicatum in voce ὁρισται continetur, ab eadem voce ὁρος deriuanda, vnde vox haec significat *definire, determinare* ac terminis reuera circumscribere, vnde omnia a Deo dependere et a nemine alio definiri posse innuitur: hoc autem Deo competit, propter suam immensam sapientiam et bonitatem, quibus rerum creatarum saluti prospicere eo voluit; ac huic etiam operi Deus tantum par fuit, quia ipse omnium rerum creator, qui successuorum et simultaneorum nexus ab aeterno perfectissime perspexit. Comprehendit vero non solum prae-determinationem eorundem in mente diuina, verum etiam actuationem, vt reuera ad existentiam perducat, quae praedefiniuit, ac hac ratione differt a superiori §. XVIII. *προτασσειν*. quod decretum Dei de rerum creatarum ordine olim constituendo inuoluit, hoc autem reddit ad

ex-

executionem illius decreti ab aeterno constituti. Definiuit itaque Deus 1.) tempora, dum quemlibet hominem eo tempore nasci curauit, quo homo ille et vniuerso maximam utilitatem afferre et sibimet ipsi felicitatem maiorem acquirere potuit. Cum enim Deus ex sapientia sua in constituendo rerum ordine non solum bonum publicum, verum et priuatum, quantum simul fieri potuit, respexerit, ac vtrumque ita promouerit ut summa perfectio huius nexus exinde appareat; nec dubium sit quin in vna serierum et successiuarum et simultanearum plura saepius obsint impedimenta, quo minus vtrumque aequem promoueatur quam in alia: facile apparet, et in hoc oridine nihil arbitrarie, sed omnia sapientissime constituta esse. Praeterea definiuit Deus vnicuique 2.) habitationis terminos, cum cui libet genti diuersa climata ad inhabitandum et colendum dederit, quae diuersas inclinationes et ad diuersa officia aptitudines pariunt; hominisque constitutionem his climatibus accommodauerit, ipsumque eo posuerit, vbi plura commoda generi humano praestare poterat. Sic effecit, ne terrae partes quaedam plane vastae ac incolis priuatae manerent, atque ut homines quamlibet inhabitantes naturam iis conuenientem nanciscerentur, ne laboribus quoque in iis diuersis rationibus subeundis impares essent.

§. XXII.

Opponi itaque hoc omnibus, qui prouidentiam diuinam negant, satis constat, cum in probanda creatione et conseruatione omnium hominum a Deo versetur. Demonstrat *Paulus* praecclare, cui omnes homines et primum ortum in Adamo et quilibet ortum suum in mundo tempore et loco suo acceptum ferant, qui verus et summus Deus esse dicitur, qui omnium rerum creator existit. Hinc nullus alias esse potest praeter ipsum, qui durationem existentiae rerum contingentium efficit: nam Deus solus praestare hoc valet, quippe in quo omnes ad id requisitae perfections viresque conjunctae adsunt, et a quo, ut summo omnium rerum moderatore et gubernatore, omnes hominum mutationes, quoad externa, dependent. Hoc paeprimis Epicureis Philosophis opponere potuit, quippe qui ob felicitatem Dei terrestria ipsum non curare putabant, ut patet ex *Lucretio* L. I. v

57. L. II. v. 645. quorum sententia ex falsa diuinae magnitudinis cum humana comparatione originem traxit; ac cum tales inter auditores suos habuerit *Paulus*, huic falsae de summo Deo opinioni obuiam ire legitima operum diuinorum descriptione, consultum ipsi visum; in his tamen Stoicos acerrimos impugnatores habebant, qui hanc doctrinam p[re]e aliis vrgebant. Nec minus opponi potest dictum nostrum iis, qui saltim Deum minima non curare, persuadere sibi possunt, & quidem ideo quoniam maiestati eius esset inconueniens. Contrarium vero diserte affirmat *Paulus*, quando asserit, Deum adeo salutem hominum curauisse, vt & locum & tempus definierit, vbi & quam diu homines habitare deberent. Deus igitur minima hominum curare potest etiam sine perfectionum suarum imminutione, si earundem legitimas nobis formamus conceptiones; nec Deum ex hominibus metiri volumus, quicque quorum imperfectioni tribuendum id est, quod non omnia curare possint, maiora itaque ab ipsis minoribus sint preferenda.

FINIS.

Corrigenda: p. 3. l. 8. ob l. vbi. p. 4. l. 8. Acci. l. Acce- p. 4. l. 26. Ha-
braicum l. Hebraicum. p. 4. l. 23. Augustino l. Augustinum. p. 4. l. 23. delearur longius. p. 4. l. 28. ostendimur l. ostendimus. p. 10. l. 25. Ne-
mea l. Neimeis. P. 10. l. 26. Πειστανδρού l. Πειστανδρου.



PRAESTANTISSIMO ATQVE AESTVMATISSIMO
R E S P O N D E N T I
S. P. D.
P R A E S E S.



ublice editis speciminibus litteras aliorum, amoris in scriptore in testes, addere, in consuetudinem abiit. Non tamen iam consuetudinem sequor, sed sincerum animi affectum, tuo speciminu aliiquid mearum litterarum adiuncturus, ne meo in *te* amori deesse vlla ratione videar. Exhibes specimen aliquid ex philologia facera de promtum, quod eo magis approbo, quo magis iis, quae sacris litteris lucem affundunt, studiis oblector. Sermonis Paulini ad Athenienses partem explicas, quae operam eiusmodi optime meretur. Potest enim sermonibus, qualis hic est, multis modis lux aliqua afferri, possunt ex sacratissimis religionis nostrae doctrinis illustrari, possunt & ex philologia, temporum, locorum, auditorumque rationibus lucem accipere. Ex his enim plerumque rationes & totius argumenti & singularium quārumlibet inibi obuiarum locutionum felicissime eruntur. Id enim in primis in Pauli scriptis admirandum, quod ita feliciter auditorum suorum indoli res propositas verbaque ipsa accommodare scuerit. Loquitur ad vulgam ratione magis vulgari, cum philosophis philosophari nouit. Ipsi horum errores saepius occasionem praebent, aditum ad animos sibi parandi, & attentionem ad veritates inculcandas excitandi. Lūcentissimum eius exemplum ipse hic sermo, cuius partem illustrandam sumfisti, exhibet, & si omnia eius verba rite ponderantur, ita ipsum locutum esse deprehendetur, vt non ex plebe solum homines, sed & qui sibi supra vulgum sapere videbantur, & multis in rebus vere sapiebant, hic inuenire potuerint, quae sibi dicta esse arbitrari poterant, quaeque ipsorum convictioni inserviebant. Sed quo excurro? Argumentum incepi, quod arcti epistolae limites capere non possunt. Filum itaque abrumpo, praembris cum ipsa dissertatione tua ea, quae dixi, magis confirmare possit. Redeo itaque ad *te*. Me moderatore specimen defendere desiderasti philologicis argumentis, quod mihi a *te* ipso quoque elaboratum exhibuisti. Non tamen muneri, quod praesidis esse solet, deesse volui, vnde consilio tibi succurrere variaque in scriptione tua accuratius circumscribere ac limitare tuo desiderio satisfacturus non reculau. Alieni oculi enim plerumque plus vident emendandum, quam scriptoris proprii, sed cum ipse breuitati consulere volueris, nolui pluribus augmentis &

accessionibus locupletare eam, quae alias non incommoda addi potuissent. Academico enim specimini & sufficit breuior disquisitio, scriptorisque dexteritas ex paucis iam plagulis dignosci potest, quod & tua te obtenturum esse opera certissime confido. De reliqua vita tua laudabilia multa dicere possem, si qua a me exspectaretur laudatio. Nolo itaque plura commemorare praeter assiduitatem diligentiamque litteris impensa, quam ex daobus fere annis ipse magna cum voluptate obseruavi. Indiculum enim comitem te expertus sum, siue noui foederis libros explicarem, siue Hebraicæ linguae fundamenta traderem, siue sacris V. T. oraculis Theologiae cultori pœrimis intellectu necessarii illustrandis operam darem, siue in disputando exercitia instituerem, nec vnius horae memini, qua te non præsentem iis institutionibus, quas audiare inceperas, vidissim. Vnde nec dubito, quin horum laborum fructus tibi nunquam sint defuturi, quod & ex animo tibi appreco, non consuetudinis causa, que litteras eiusmodi votis finire iuberet, sed ob sincerissimum erga te amorem meum. Redis proxime in patriam, quae te dimisit, ut fructus colligeres, fructibus refertum te iam expectat. Agedum itaque, usui applica, quae in messe academicâ collegisti; eo enim sunt destinata, ut communius inseruant. Absens quoque nunquam mei immemor viue, nec meum erga te amorem absentia minui posse credas. Si in posterum aliquid officii præstare tibi potero, nunquam & amori nostro & eis, quae tibi debo, defuturum me esse, sanctissime promitto. Vale. Dabam in Acad. Frider.

d. XVIII. Ian. MDCCLIV.

MONSIEVR.



ai reçu la proposition, que Vous m'avez faite avec toute la joie la reconnoissance & l'estime que je Vous dois. Il y a déjà long tems que Vous m'avez fait l'honneur non seulement de me promettre Votre amitié, mais encore de m'aggréger effectivement au nombre de Vos meilleurs amis. Vous n'en êtes pas demeuré là; & Vous Vous êtes appliqué de tout Votre pouvoir à remplir les devoirs d'un bon & sincère ami. Ce procédé est d'autant plus estimable, qu'il est certain qu'un bon & sincère ami est une merveille, dont on ne peut faire trop de cas. Mais je n'ai pas besoin de faire ici Votre éloge, puisque tous ceux qui Vous connaissent, Vous rendent témoignage que Vous êtes un homme sans fard. C'est donc un vrai bonheur pour moi, que de Vous avoir pour intime ami; aussi personne ne connaît mieux que moi le prix de Votre amitié; il ne me manquoit plus que l'occasion de Vous pouvoir donner publiquement des marques essentielles de la mienne, dont je Vous ai tant de fois assuré en particulier. En voici une des

plus favorables, où *Vous* avez donné une preuve éclatante des fruits que *Vous* avez recueillis par *Votre* travail. *Vous* avez expliqué dans *Votre* écrit d'une manière docte & élégante les paroles de *Saint Paul* qui traitent de la Crédit & de la Providence; & il est vrai que ce passage est de la dernière importance. Je pourrois m' étendre fort au long sur cette matière, mais je me suis proposé de ne *Vous* pas importuner par une trop longue lettre, & j'en ajouterai plus que deux mots. Premièrement que je serai toujours le plus intime de *Vos* amis, & qu'en cette qualité je prenrai toujours part à tout ce qui *Vous* arrivera, comme je fais aujourd'hui, en *Vous* félicitant sur l' honneur que *Vous* venez de recevoir. Dieu *Vous* fasse toujours prospérer en toute manière & *Vous* rende de plus en plus propre à son service en *Vous* accordant bientôt dans notre chère patrie la digne récompense de *Votre* assiduité. La seconde chose que j'ai à *Vous* dire est que je *Vous* demande, Monsieur, la continuation de Votre Amitié; ne trouvant rien de plus vrai, que ce qu'on dit en proverbe, savoir: *Que celui qui n'a point d'ami, est étranger dans sa patrie.* Pour moi, *Vous* connoissez bien le fond de mon cœur, & en conséquence pouvez être persuadé qu'il n'y a personne au monde, qui soit plus sincèrement que moi.

MONSIEVR.

à Halle
ce 19 Janvier 1754.

Votre très-humble & très-obéissant Serviteur & intime ami
GOTTLOB HOFMANN
de Loewen en Silésie. Opposant.

VIRO PRAENOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO
AVCTORI HVIVS DISPVTTATIONIS AESTVMATISSIONO

S. D. P.

CHRISTIAN GOTTLIEB BENEKE
HAVSBERGA - GVESTPHALVS OPPONENS.



um in eo iam sis, *Vir prae nobilissime*, ut in cathedram dif-
putatoriam, studiis *tuis* academicis coronidem impositu-
rus, descendas, credidi, me & amicitiae, quae hue us-
que nos mutua intercessit, & multis *tuis* in me officiis hoc
debere, ut non solum *vibi* stadium academicum propediem
laudabiliter felicique successu finitum gratuler, siquidem diligentia tua cum
studio

25

Studio ac opera, quam in virtutis tramite terendo nauasti, te apud omnes homines quam maxime commendarunt; sed etiam gentes perfoluerem maximas tam pro amicitia, in quam abs te receptum fuisse mihi auspicio contigit, & cuius officia diligenter sancteque servasti, quam pro aliis favoris ac amoris tui documentis, & in his praecipue, quod iam opponentis provinciam benevole mihi demandare volueris, quod tuae in me benevolentiae genus tuam in me amicitiam declarat luculentissime. Iam inde a primo momento, quo in notitiam meam venisti, multa in te obseruavi, quae effecerunt, ut nihil magis in votis haberem, quam pervenendi in propiorem amicitiam tuam ac familiaritatem; vota exaudita sunt, & fateor tot tantosque Fructus ex hac in me redundasse, quantos a me unquam expectari fas erat. Studia communia quotidie arctius nos conjungebant. In collegiis Hebraicis te exemplum praeante ad maiorem diligentiam me semper excitatum esse ingenuo profiteor, dum in hac lingua addiscenda, cuius notitia Theologiae studioso nihil magis est necessarium, communis Praeceptore, GRAVISSIMO PRAESIDENTO, multis, quid quod innumeris nominibus de me merito usi fuerimus. Inter privatos parietes saepe numero certamen eruditum inisse tecum, non sine magna laetitia memoriam subit, ex quo etsi inferior, doctior tamen semper discessi. Nisi modestiam tuam offensurus, virtutes tuas non fucatas, pietatem egregiam, timorem Dei, qui omnis verae sapientiae initium est plane singularem & adhuc multas possem alias commemorare. Verum virtus tua praecone non indiget, sed semper se ipsam quam maxime commendat. Liceat mihi, amice aequalissime, hoc unicum insuper addere; cum iam post breve tempus ex meis ex aliorum amicorum tuorum amplexibus ad penates redire velis, magnis precibus abs te mihi contendo, conserues mihi & in patria tua fauorem ac amicitiam ulteriorem. O me felicem! si unica tantum occasio fese offerret, re ipsa meum amorem erga te ac amicitiam exprimendi, quam verba minime capiunt. Seruet te summus & sapientissimus rerum humanarum moderator, annuat tuis conaminibus, adspiret tuis studiis nunquam desiturus. Ipse ille Deus te praeiparet ad insigne aliquando ecclesiae columen futurum, atque ut multis hominibus viam ostendas tutissimam ad aeternam veramque salutem. Tunc bene vixisti.

Vale, dabant Hala, d. XIX. Ian. MDCLIV.





the scale towards document

& virtutes sine meo monito manebunt, donec doctrinæ aestimantur. Unum tamen si reticerem, iniurias, qui ex illius recordatione semper voluptatem eam summa, qua gaudes, quamque, cum Berolini in tomico meus esses socius, toties hilari cum vultu per integritas, virtus in tantum laudanda, in quantum iano salutaris. Quod reliquum est, Triumnum Nux rego, ut te per multos annos salvum & incoluerit, Praxin TVAM fortunet & te, de quo doctrina te TVA haud dubitare me finit, multorum aegrorum en. Interea maximopere te rogamus volo, ut amorem, qui nullo modo haec tenus sufflaminatus est, cum a me exspectabis, quicquid ab homine TVA amictari poterit. Dabam, ad iter in patriam præcessin- Magdeburgiae die I. August. MDCCCLVI.

RAENOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO
LINO CANDIDATO
OMNIGENAM PRECATVR FELICITATEM
RECHT AVGUST. FRIDER. LOEPER,

BEROLIN. OPPONENS.

im rotius fere Medicinae esse fundamentum, omnes
nostræ periti docuerunt, teque eandem fovere sen-
do in Dissertatione praesente a te doctissime obser-
superque confirmat. Exquisite enim, antequam
vñ prosequutus es, structuram organi exhibuisti,
maius sub coelo frigido demonstrare animus TIBI
uiquam id mirum erit, qui noverit, qua infatigabili
diligentia sectiones atque lectiones Celeberr. ME-
dicinas frequentaveris. Hinc amicitia nostra, qua
eve saltem spatiū frui mihi contigerit, tantos tamen
pi fructus, ut maximo cum dolore discessum pra-
e. Verum, quo minus in laudes TVAS excurrant
VA modestia prohibet. Interim gratulor TIBI, AMI-
ME, quod, confessis ex voto studiis academicis, sum-
alutari honores, tanquam praemia diligentiae TVAE,
Gratias TIBI ago habeoque maximas, quod me

TIBI

Image Engineering Scan Reference Chart TZ63 Serial No. 0112
Patch Reference numbers on UTT